



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Cemente Romano, Simone Hierosolymitanor[um] ep[...]is, & specialiter
de Iohanne euangelista & eius euangelio. Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA:

Ipsim scripsit, missus prius in feruētis olei doliū, sed illesus. Hic familiā David puri iubet, & propinquos Christi secundū carnē, vt interficiat, ne qs superesset Iudæorum ex semine regali. Quibus oblati, & de regno Christi respondentibus, Quia non est de hoc mūdo, liberos abire iubet, sed cōtemnit.

DOMITIANVS REGNAT

xv. annis. Cap. XIII.

ITaq; Domitian^o positur imperio xv. annis, postea ex senatusconsulto oēs qui iussu eius exulabāt, reuocant, cum quibus & beatus Iohānes redijt.

NERVA VIX PER ANNUM

regnat. Cap. XV.

Nerua q; anno plus minusve defuncto, Traianus obtinet imperium, cuius primo principatus anno Abilius Alexandrinus post xij. episcopatus annos diem obiit, Cerdone succedente tertio in sacerdotium. Clemens tunc temporis post Petrum adhuc Romæ pontificatū tenebat: sed apud Antiochiam post Petrum Euodius fuerat, & secundus Ignatius. Hierosolymis post Iacobum fratrem domini adhuc præerat Simon domini cōsobrinus. Ireneus: Interea adhuc superstes beatus Iohannes euāgelista præest ecclesijs Asiæ, residens apud Ephesum, & permanet viuens vsq; ad tempora Traiani, ædificans ibi ecclesias quas Paulus primo ibi fundauerat. Hic Papiam & Polycarpum auditores & condiscipulos habet: qui etiam libros faciens & epistolas, instituit erudiuitq; plurimos. Qui bene in vltimis vitæ temporibus scribit euangelium, compulsus ab Asiæ epi-

RERVM MEMO. LIB. III.

scopis, propter hæreticos, qui eo exulante irruperant in ecclesias, cum variis & peruersis dogmatibus. Hæc ergo occasione de natiuitate Christi conscribit, pauca de temporalibus eius gestis edifferens, rãtum à cæteris euangelistis prosequens omissa. Nam alij quidẽ tres, facta domini persequuntur à carcere Iohannis baptistæ. Hic vero maxime ea quæ primo dominus per prædicationis tempus gessit ante Iohannis incarcerationem. Multa vero de trinitatis & vnitatis mysterio profundissime insinuat, vt diximus, aduersum hæreticos, quorum errores tunc pullulauerant.

DE MENANDRO MAGO

& hæretico. Cap. XVI.

SVb eodem nanq; tempore Menander quidam, Simonis magi Samaritani discipulus, & ipse Samarites & mag^o, blasphemo errore maculat Antiochiam, irridens immortalitatem animæ & resurrectionem mortuorum, semetipsum saluatorem hominum esse asserens, nec aliter posse vnumquenq; angelos seculi vincere, nisi prius à se magicæ artis susciperet disciplinã, & quod per baptisma à se datum quisq; sic fieret immortalis: & æternus effectus, in hac vita fieret perpetuus.

DE EBIONITIS.

hæreticis.

Caput XVII.

HVius quoque discipuli Ebionitæ, licet alterius sectæ, multi decipiunt, dicẽtes Christum purũ hoĩem esse, & cõmuni natiuitate ex viro